



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

**Luxemburgi, MDCCXLI.**

91. Regis pacifici vices, &c. Confirmatio Decreti à Delegato Apostolico editi  
quoad initium, & Distributionem Orationis quadraginta horarum in Civitate  
Ulixbonensi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74859)

tibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu pari, ac consistorialiter, aut aliis quomodolibet, etiam iteratis vicibus in contrarium eorumdem præmissorum concessis, approbatis, confirmatis, & innovatis, etiam si in eis caveatur expressè, quòd illis per quascumque Literas Apostolicas, etiam motu simili pro tempore concessas, quascumque etiam derogatoriarum derogatorias in se continentes, derogari non possit, neque censeatur eis derogatum, quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, etiam si in eis caveatur expressè, quòd illis nullatenus, aut nonnisi sub certis modo, & formâ derogari possit, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & formâ in illis traditâ observatâ inserti forent, præsentibus pro plenè & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, latissimè, & plenissimè hac vice dumtaxat specialiter, & expressè, eorundem tenore præsentium, motu simili derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri motus proprii, ac abolitionis, concessionis, indulgi, decreti, commisionis, mandati, & derogationis, infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorè in Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo decimo septimo, quarto Idus Martii, Pontificatus nostri Anno XVII.

Thomas Sportellus.

Sanctio penal.  
nalis.

Dat. d. e. 13.  
Martii 1717.

quæ haberetur ipsi præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Da um Romæ apud Sanctam Mariam Majorè sub annulo Piscatoris die VII. Maii MDCCXVII. Pontificatus nostri Anno decimosextimo.

F. Cardinalis Oliverius.

CONFIRMATIO

Decreti à Delegato Apostolico editi quoad initium, & Distributionem Orationis quadraginta horarum in Civitate Ulyxbonensi.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Regis pacifici vices, quamquam immeriti, gerentes in Terris, inter cætera cordis nostri desiderabilia, illud sinceris semper exoptamus affectibus, ut Christiani fideles, præsertim Patriarchali Dignitate insigniti, aliique Dignitates, & Canonici in Archiepiscopalibus Ecclesiis pro tempore obtinentes, juxta eorum dignitatem, aut gradum, Divinis obsequiis famulantes, vota sua in pacis amœnitate Altissimo reddant, ac unanimes, & uno ore Deum glorificent. Quapropter, si quæ pro litibus, & controversiis inter eos, superfeminante humani generis hoste zizania, exortis extirpandis, penitusque evellendis, simulque pro conservatione Jurium, & Præeminentiarum ad favorem Patriarchalium Ecclesiarum, juxta pia Catholicorum Regum vota per nostras literas concessarum ab Ecclesiarum Prælatibus eorundem literarum Exequutoribus facta fuisset comperimus, illa, né in recidivæ contentionis, & controversiæ vitium denuo prolabantur, Apostolicæ nostræ confirmationis munimine roboramus, ac aliàs de super Pastoralis Officii nostri partes, quantum Nobis ex alto conceditur, sedulo impendimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte Venerabilis Fratris moderni Patriarchæ Ulyxbonensis. Occidentalis petitio continebat, quòd aliàs Nos omnibus, & singulis utriusque sexus Christiani fidelibus verè penitentibus, & confessis, ac Sacrà Communione refectis, qui in quacumque Ecclesiâ Civitatis Ulyxbonensis. ubi Oratio quadraginta horarum, ad instar illius, quæ ex institutione felic. record. Clementis Papæ VIII. Prædecessoris nostri in Alnâ Urbe nostrâ Româ assidue celebratur, indicta fuisset & devotè eo temporis spatio, quòd illis commodum visum fuisset, orassent plenariam peccatorum suorum Indulgentiam concessimus, prout in Literis Apostolicis in formâ Brevis sub Annulo Piscatoris die XXI. mensis Augusti Anni Domini MDCCXVI. Pontificatus nostri Anno decimo sexto expeditis, plenius contineri dicitur: Deinde verò Nos ex iustis, & rationalibus causis moti, ac quemadmodum pia Charissimi in Christo Filii nostri Joannis Portugaliæ, & Algarbiorum Regis Illustris vota exoptabant, Civitatem, & Diocesim Ulyxbonensem. in duas partes divisimus, & unam Civitatis, & Diocesis Ulyxbonensis. divisarum hujusmodi partem versus Orientem antiquo Archiepiscopatu Ulyxbonensi, in posterum Orientali nuncupando reliquimus; In alterâ verò earundem Civitatis, & Diocesis, ut præmittitur, divisarum parte versus Occidentem Patriarchalem Ecclesiam Ulyxbonensem. Occidentalem nuncupamus. creximus, ac Patriarchali Ecclesiæ prædictæ sic erectæ, alteram Civitatis, & Diocesis divisarum hujusmodi partem versus Oc-

Exordium à Pontificia sollicitudine, ac zelo, ut pax inter omnes sed Ecclesiasticas potissimum Personas conservetur.

Pontifex plenariam Indulgentiam concessit pro Oratione quadraginta horarum in Civitate Ulyxbonensi.

Postquam eandem Civitatem in duas partes a divisit, & alteram Patriarchali, alteram verò Archiepiscopali Ecclesiæ assignavit.

X C.

CONCESSIO

Indulgentiæ plenariæ pro Christiani fidelibus Ecclesiasticum Interdictum in Civitatibus, & Diocesis Catanien. Agrigentin., & Liparen. Apostolicâ auctoritate appositum inviolatè de præsentibus observantibus, ac de cætero, donec illud perduraverit, similiter observaturis.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Augendam Fidelium religionem, & animarum salutem cælestibus Ecclesiæ thesauris piâ charitate intenti, omnibus, & singulis utriusque sexus Christiani fidelibus Civitatum, & Diocesis Catanien. Agrigentin. Liparen. qui Ecclesiasticum interdictum, cui Civitates, & Diocesis præfatæ in præsens jussu nostro suppositæ reperiuntur, eâ, quâ par est, obedientiâ nunc observant, ac etiam in posterum, quousque illud perduraverit, similiter observare perrexerint, in cuiuslibet eorum mortis articulo, si verè penitentes, & confessi, ac sacrà Communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti Nomen Jesu ore, si potuerint, si minus corde devotè invocaverint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur,

cidentem assignavimus, illiusque Patriarchæ, Dignitatibus, ac Capitulo, & Canonicis pro tempore existentibus plura privilegia, pluresque prerogativas, ac præminentias super omnia Capitula, omnesque etiam Primitiales, Archiepiscopales, & Episcopales Ecclesias Regni Portugallie concessimus, prout in aliis etiam nostris literis in forma nostri Motus proprii sub Datum apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXVI. septimo Idus Novembris Pontificatus nostri Anno sexdecimo sub Bullâ Aurâ expedit, in quibus pro illarum executione Venerabiles Fratres Elven., Algarbien., & Mirandeni. Episcopi deputati fuerunt, etiam plenius contineri dicitur.

Dubium oritur, in qua ex duabus Ecclesiis prædictis Oratio quadraginta horarum inchoari debeat.

Delegatus Apostolicus decernit inchoandam esse à Patriarchali, deinde habendam in Archiepiscopali.

Decretum Delegati Apostolici.

§. 2. Cumque postmodum, dum ultimo dictæ literæ à prædicto Episcopo Algarbien., cui præsentatæ fuerant, executioni demandabantur, attenta divisione Civitatis prædictæ, orta fuerit controversia, in qua ex duabus Ecclesiis, Patriarchali scilicet Ulyxbonen. Occidentali, & Archiepiscopali Ulyxbonen. Orientali supra dicta Oratio quadraginta horarum celebrari, & indicari deberet, & in Tabulâ typis demandandâ, in qua omnes Ecclesiæ utriusque partis Civitatis divisæ hujusmodi, in quibus prædicta Oratio celebrari debebat, describendæ erant, an primo loco poni deberet dicta Ecclesia Patriarchalis Ulyxbonen. Occidentalis, vel potius prædicta Ecclesia Archiepiscopalis Ulyxbonen. Orientalis, idem Episcopus Algarbien. tam dicto Patriarchâ Ulyxbonen. Occidentali, quam Capitulo, & Canonicis Ecclesiæ Archiepiscopalis Ulyxbonen. Orientalis, illius Sede Archiepiscopali vacante legitime intimatis, eisque, mediantibus eorum legitimis Procuratoribus auditis, & consideratis utriusque Partis rationibus, & fundamentis, decrevit, statuit, & declaravit, ut prædicta Oratio quadraginta horarum incipere deberet à dictâ Patriarchali Ecclesiâ Ulyxbonen. Occidentali, & dum inibi completa fuisset, subsequenter in Archiepiscopali Ecclesiâ Ulyxbonen. Orientali prædictâ celebraretur: In cæteris vero Ecclesiis utriusque Partis Civitatis divisæ hujusmodi Oratio prædicta juxta distributionem earundem Ecclesiarum ab Officiali Patriarchæ Ulyxbonen. Occidentalis, ac à Vicario Capitulari Ecclesiæ Ulyxbonen. Orientali concorditer faciendam, etiam fieri, & adimpleri deberet, prout in Decreto ab eodem Episcopo Algarbien. desuper factò, tenoris, prout sequitur: *Perpensis rationibus, que tam ex parte Patriarchalis, quam Ulyssiponen. Orientalis Ecclesiarum adductæ fuerunt super dubiis continuationis quadraginta horarum Orationis emanantibus à divisione antiqui hujus Archiepiscopatus, & ex Motu proprio Sanctitatis Sæ super eadem divisione perspecto ad Nos spectare illa omnia decidere, & absolvere, expressumque esse in eodem Motu proprio, ut in omni peculiari casu, & ubi se offerat occasio, semper Mitra, seu Ecclesia Patriarchalis sit præferenda Ulyssiponen. Orientali Ecclesiæ, neque posse in mentem Sanctitatis Sæ cadere, quòd pro hujus Civitatis divisione, ejus Catholicos Fideles orbare velit gratis, & indulgentiis in Indulto memoratarum quadraginta horarum contentis; Illud etenim est impertita indistinctè pro omnium beneficio, à cujus comprehensione illos juxta juris regulas non excludi futura separationis, & divisionis Civitatis eventus: Quoniam Personæ, quibus concessa fuit gratia. adhuc insimul omnes commorantur, seu sunt membra illius Corporis, quod Sanctitas Sæ prædictam concessionem largiendo, in mentem habuit, quamvis per accidens subjectum inveniat alii jurisdictioni. Quamobrem edicimus, ut in catalogo in lucem edi solito primùm recensatur Sancta Patriarchalis Ecclesia, ut ab illa supramemorata quadraginta horarum Oratio incipere valeat Dominica Paschatis Pentecostes, que erit decima sexta*

currentis Maii dies, in qua dandum est initium catalogo noviter edendo, & elapsis solitis horis, in quibus Sacratissimum Christi Corpus est exponendum in dictâ Patriarchali Ecclesiâ, que enumerari debent à meridie Dominicæ Paschatis usque ad eandem horam subsequentis Ferie tertiæ, tunc exponetur cum eodem Jubilæo in Cathedrali Ulyssiponen. Orientali; Et ita decernimus, ut adimpleat, & adimplere faciat Reverendum Capitulum ejusdem Orientalis Ecclesiæ, sub pena, ni ita exequatur, solvendi ex sua Capitulari Menâ quingentos nummos aureos Camere Apostolicæ, pro expensis Belli contra Turcas. Item quoad distributionem, seu designationem aliarum Ecclesiarum, ut ex utraque parte conveniant Reverendi Vicarii Generales, ac inter se statuunt formam, & modum, qui servari debeat, sub pena, nisi ita unumquisque illorum perpetret, Nos decreturos, & disposituros esse dictam designationem, sicuti Nobis expedire videbitur; ne hujusmodi Spirituali bono priventur dicti Catholici Fideles, quibus concessum fuit, & quo sine iustissima causa illos privare nequeunt eorum Ordinarii, & huic formæ standum ex utraque parte decernimus Ulyssipone Occidentali decimaquarta Maii MDCCXVII. Josephus Episcopus Algarbien. plenius continetur.

§. 3. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, dictus Patriarcha Ulyssiponen. Occidentalis pro majori subsistentiâ, firmiorique observantiâ omnium, & singulorum in prædicto Decreto contentorum, nec non conservatione Jurium, & Præminentiarum dictæ Patriarchalis Ecclesiæ Ulyssiponen. Occidentalis plurimum cupiat Decretum prædictum cum omnibus & singulis in eo contentis, & expressis, omniaque, & singula in vim dicti Decreti subsequuta per Nos, & Sedem Apostolicam confirmari. Nos igitur, qui Privilegia, & indulta, præsertim vero circa Præminentiam, & superioritatem, aliàs Nobis eidem Patriarchali Ecclesiæ concessa, conservare, & promovere, ac pacem, & tranquillitatem inter quoslibet Christi Fideles, ac præsertim Ecclesiasticas Personas conservare sinceris desideramus affectibus, eundem Patriarcham Ulyssiponen. Occidentalem specialis gratiæ favore prosequi volentes, nec non à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet innotatus existit, ad effectum tantum præsentium consequentem, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, controversiamque prædictam ad Nos avocantes, illamque penitus, & omnino extinguentes, omnibus, & singulis Personis cumque dignitatis, & qualitatis, & speciali notâ dignis super eadem controversiâ perpetuum silentium imponimus, ac benè per dictum Episcopum Algarbien. decretum fuisse declaramus, nec non decretum hujusmodi ab eo sic, ut præmittitur, factum, & promulgatum, Apostolicâ auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique perpetuè, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac à Capitulo, & Canonicis dictæ Ecclesiæ Archiepiscopalis Ulyssiponen. Orientalis, & aliis quibuscumque, & quavis auctoritate, & potestate fungentibus observari debere, ipsosque ad ejusdem decreti observantiam teneri, & obligatos esse, & fore, nec contra illud aliquid fieri, innovari, seu attentari sub quovis colore, vel prætextu, nec Capitulo, & Canonicis dictæ Patriarchalis Ecclesiæ Ulyssiponen. Occidentalis ex prædictâ, aliisque de causis per Capitulo, & Canonicos prædictæ Ecclesiæ Archiepiscopalis Ulyssiponen. Orientalis imposterum indebitè inquietari, molestari, & perturbari posse, præmissaque omnia, & singula, ac eadem præsentis validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suorumque ple-

Pontifex præfatum decretum amplius non confirmat.

Cum amplif-  
simis clau-  
lis, & decreto  
irritante.

narios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac Capitulo, & Canonicis dictæ Archiepiscopalis Ecclesiæ Ulyssiponen. Orientalis, aliisque quibuscumque in omnibus, & per omnia inuolabiliter obseruari, & adimpleri.

§. 4. Sicque, & non aliàs per quoscumque Iudices Ordinarios vel Delegatos, quâvis auctoritate fungentes, causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & de Latere Legatos, Vicelegatos, ac Noftrum, etiam Sedis Apostolicæ modernum, pro tempore existentem Nuncium in Regno Portugalliæ commorantem, iudicari, & definiti debere. Irritum quoque & inane decernimus, si secus super his à quoquam quâvis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non stylis, usibus, & consuetudinibus forsan aliàs obseruatis privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, ac pluries confirmatis, & innovatis.

§. 5. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illorum tenores, etiam si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, forma in illis tradita obseruata, inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permanfuris, ad præmissorum validissimum effectum hac vice duntaxat, & harum serie, specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XI, Julii MDCCXVII. Pontificatus nostri Anno decimosextimo.

I. Card. Prodatarius

Et consuetis  
derogationi-  
bus.

XCII.

CONFIRMATIO

Capitulorum, seu Ordinationum Regiminis Civitatis Recineti.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium

Paterna cura, quam de Nostri, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, etiam quoad temporalia Subditis gerimus, circa Nos urget, atque impellit, ut ea, quæ pro felici Civitatum, & Terrarum Ditionis temporalis ejusdem Sedis Regimine, & Gubernio providè constituta esse noscuntur, quò firma semper, & illibata persistant, Apostolici munitis Præsidio roboremus, ut in Domino salubriter expedire arbitramur.

Communitas  
Recineten. ab  
rogatis anti-  
quis Capitulis  
ad Regimen  
illius Civita-  
tis spectanti-  
bus novacon-  
fici, & stabili-  
ri curavit.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt Dilecti Filii Communitas, & Homines, ac Regimen Civitatis nostræ Recinaten., quòd cum ipsi ob eorum, ac temporum varietatem, antiqua Capitula ad Bussolum ipsius Regiminis spectantia, quæ aliàs, nempe usque ab anno 1603 à Consilio tunc existent. dictæ Civitatis facta fuerunt, providè removere existimassent, per quatuor Deputatos cum facultatibus necessariis, & opportunis ad id electos, quædam nova Capitula de cætero servanda formari, & stabiliri, illaque subinde in publico ejusdem Civitatis Consilio die 22. Junii proximè præteriti accuratè examinari, ac omnium suffragiis approbari curarunt, prout continetur in Scriptura desuper confecta tenoris, qui sequitur videlicet.

§. 2. In Nomine Domini. Amen. Hæc est copia &c. Novi Capituli, ed Ordini per lo Regimento della Città di Recanati.

Già che variato il sistema delle cose inforge la necessità di nuove disposizioni, mente le diverse Età richiedono diversi costumi, e le Leggi, quali fuono una volta necessarie per il buon' ordine, e maneggio de' pubblici interessi, cangiandosi i tempi, effigono ancor esse mutazione, si stabilisce, che per beneficio del Pubblico si osservino inuolabilmente nelle renovazioni del Bussolo li seguenti Capitoli, che dovranno per l'avvenire servire per regola, riservandosi l'approvazione della Sagra Consulta, attesi gl'ordini precedenti della medesima, che l'Anno 1675. e l'Anno 1709. ordinò, che niente s'innovasse, per essere stati in quel tempo concepiti in forma totalmente innovativa, e pregiudiziale, sì anche per maggior fermezza di essi, salva per ò sempre la facoltà, che dallo Statuto si dà al Consiglio nel Lib. 1. Rub. 8., e Lib. 4. delle Riformanze fol. 209.

I. Essendo convenevole, che il Gentil'omo possieda tanto, quanto sia sufficiente per mantenere decentemente il suo grado, li Signori di Magistrato non possano, ne debbano proporre per aggregare allo Regimento alcuno de' nostri Cittadini, ò Forastieri (gl'Antenati de' quali per linea Paterna non vi sono mai stati aggregati, che siano però nati di legitimo matrimonio, onorati, che siano vissuti, e vivano civilmente, e che supplichino in scriptis di esserci ammessi, sottoscritta la Supplica di proprio carattere in forma autentica) se prima non si proverà, che possieda in Beni Stabili, e fruttiferi, in Censi, ò in simili Capitali, il valore tutto suo libero, almeno di scudi due mila nel nostro Territorio, ò altrove, non compresi il valore della casa della sua propria abitazione, quando questa sia di sua propria ragione, e detratti i debiti, ed hipoteche; dichiarandosi però, che quando la medesima casa è capace, non solo d'abitarsi dal Padrone, mà che oltre il bisogno di esso potesse anche affittarsene una parte, in tal caso quella porzione, che potrà affittarsi debba computarsi nel capitale delli sudetti scudi due mila à giudizio de' Periti, come anche debba computarsi in simile capitale la Dote, quando questa fusse pingue in maniera tale, che nel caso della restituzione, con il lucro dotale, resti sempre à favore dell'Aggregando il predetto capitale di scudi due mila, ed in oltre paghi per la sua ammissione scudi duecento di moneta Romana, da erogarsi in publico beneficio, à disposizione, ed arbitrio del generale Consiglio, a cui però rimanga sempre la libertà d'aggraziare quei Soggetti, che per giusti motivi fussero giudicati meritevoli, senza lo sborso predetto.

II. Non passa il Magistrato proporre quelli di qualunque Famiglia, si aggregata, che d'aggregarsi, quali esercitassero arti vili, e meccaniche, che secondo il Jus commune derogano alla Nobiltà, che porta seco il nostro Regimento, e se l'esercitassero dopo la loro ammissione, restino ipso Jure, & ipso Facto senz'altra dichiarazione rasi, e cassi dal Regimento; Preceduta però monizione del generale Consiglio per Atto publico, e Rogito del nostro Segretario, ò vero, che tale unica monizione venga fatta per ordine del Magistrato pro tempore residente, assegnandosi à chi contravenisse à quest'ordine il termine di giorni quindici ad'emandarsi; Nel Bussolo però susseguente possono proporre in loro luogo i di loro figli, quando non havefiero anch'essi il medesimo ostacolo, nel qual caso militi l'istessa disposizione, per l'abilitazione, come sopra; conforme anche si possano proporre i di lui più prossimi Parenti nella Linea Paterna, mà con le medesime circostanze, e cautele, che si contengono in questo, e nell'antecedente Capitolo. Non siano però compresi in questo divieto quelli che havefiero esercitato, ò esercitassero la mercatura nella maniera, e forma permessa della santa memoria di Clemente Papa Decimo.